



CAROLVS VI.

*Divina favente Clementia Electus
Romanorum Imperator Semper-
Augustus, Rex Germania Cas-
telia, Aragonum, Legionis, Struis-
que Sicilia, Jerusalem, Hungaria,
Bohemia, Dalmatia, Croatia, -
Navarra, Granata, Feleti, Valen-
tia, Gallitia, Maioricarum, His-
palia, Sardinia, Coradula, Corsica,
Murtia, Sennis, Algarbij, Alge-
cira, Gorattaris, Insularum Ca-
naria, nec non Indiarum Ori-*



Italium, & Occidentaliū, Insularum, ac Terra firma Maris Occidani. Archidux Austria, Dux Burgundia, Brabantia, Mediolani, Stiria, Carinthia, Carniola, Luxemburgi, Witemberg, Superioris, et inferioris Silesia, Aethnarum, & Neopatria, Princeps Suetia, Marchio S. R. Imperij, Burgovia, Moravia, Superioris, et inferioris Lusatia, Comes Absburgij, Flandria, Tirolis, Barcinona, Ferreti, Liburgi, Scri

titia, Rossilionis, & Coritania, Land-
gravius Alsatia, Marchie Cris-
tani, & Comes Socceani Dominus
Marcha sclavonia Portus Nac-
nis, Vizcayja, Molina, salina-
rum Tripolis, et Mechlinia. 8. m.
Universis et singulis, presentium-
seriem inspecturis, tam presentibus,
quam futuris gratiam nostram. Re-
giam ac bonam voluntatem. Bene-
merites atque prestantes viros ob-
propria, majorumque Liadomati
nostro prestita servitia, clarumque
ortus eorum originem, ac tenores.

& Dignitates sublimare, consecu-
vit nra munifica liberalitas. Pro-
inde enim invenientes te fidelem No-
bis Dilectum D. Franciscum Verga-
ra a Nobilibus exortum Parenti-
bus, meritisque sane, ac Virtutum-
ornamentis abunde prreditum me-
rito ad Marchionatus Titulum, &
Dignitatem extollere modo, quo in-
fra benignè decrevimus. Tenore igi-
tur presentium ex certa Scientia,
Regiaque auctoritate nostra, deli-
beratè, et Consultò gratia Speciali, ma-
turaque Sacri nri Supremi. Elisa

niarum Consilij accedente delibera-
tione, te supranominatum D. Fran-
cisum Vergara, tuosque utriusque se-
xus haeredes et successores legitimos-
ex corpore tuo descendentes, ordine suc-
cessivo sexus, et primogeniturae prae-
rogativa servatis, Marchionem et Mar-
chionis Terrae de Craco, quam iustis, et
legitimis titulis (ut asseris) in Provincia
Basilicata nri Citerioris Sicilia Regni
possides, facimus, constituimus, atque
in perpetuum creamus; Terramque ip-
sam de Craco, et illius membra, distri-
ctum, et territorium in Marchionatu

titulum erigimus, et extollimus, legibus
predictum D. Franciscum Vergara-
tiusque Vtriusque sexus heredes, et suc-
cessores legitimos ordine successivi se-
xus, et primogenitura prerrogativa
seruatis, Marchionem, et Marchionis
supradictae terrae de Craco perpetuo di-
cimus, et nominamus, ad alijsque in om-
nibus, et quibuscumque actis, et scriptu-
ris dici, et nominari volumus: Decernen-
tes, ut deinceps tu, et praefati tui heredes,
et successores omnibus, et singulis gra-
tijs, Priuilegijs, prerrogatiuis, Juribus,
Dignitatibus, favoribus, immunitatibus
praeminentijs, honoribus, libertatibus, et
exemptionibus uti, frui, et gaudere possi-
tis, et valeatis, quibus alij huiusmodi

Comitatus, et Marchionatus honore insigni-
tate rite potiti sunt, seu quomolibet poti-
untur, et gaudent, potiriique, et gaudere
possunt consuetudine vel de Jure; Ita ut
in Parliamentis, et aggregationibus Titulario-
rum et Baronum dicti Regni Neapolis,
et aliorum per Nos, et Successores nros, vel
Pro Regem in dicto Regno pro tempore exis-
tentem faciendis, tanquam Marchiones suc-
cedit Terra de Craco tractari, vocari, et ho-
norari debeat, et a Nobis et ipsis hucusmodi
Dignitatem, gradum, et Locum (prout solitum
est) observari: Statuentes expressè, quod præ-
sens concessionis Tituli Privilegium sit, et es-
se debeat tibi, tuisque hereditis, et successo-
ribus predictis omni futuro tempore stabile, rea-
le, validum, atque firmum, nullumque in Juri-
dicijs, aut extra sentiat impugnationis objec-
tum, defectus incomodum, aut noxa cuiuslibet
alterius detrimentum, sed in suo semper retine,

et firmitate persistat; fidelitate tamen nra
feudali quoque servitio, seu Adcha, nostrisq;
alijs, et alterius cuiuscvis Juribus semper-
salvis, et reservatis. Illustribus igitur spe-
tabilibus, Nobilibus, Magnificis, Dilectis,
Consiliarijs, et fidelibus nostris, Pro Regi Lo-
cumtenenti, et Capitaneo Generali nro, Mag-
no Camerario, Prothonotario, Magistro Sus-
titiaro, eorumque Locumtenentibus, Sacro
Nro Castri Capuani Consilio, Presidenti-
bus et Rationalibus Camera nra summa-
ria Regenti, et Iudicibus Magna Curia
Ucaria, Scriba Portionum, thesaurario-
Nro Generali, seu id officium Regenti, Ad-
vocatis quoque, et Procuratoribus fiscalibus,
ac praesertim Principibus, Ducibus, Mar-
chionibus, Comitibus, et Baronibus, cate-
risque demum Universis, & singulis officia-
rijs, et subditis nris majoribus, et minoribus

quocumque nomine nuncupatis titulis,
officiis, auctoritate, et potestate fungen-
tibus presentibus, et futuris tam Ecclē-
siae Ceterioris Siciliae Regni, quam
alterius ex Regnis nostris Dicimus,
praecipimus, et Subemus, quatenus
forma presentium, per eos, et eorum
quemlibet diligenter inspecta, eam
teneant firmiter, & observent, ob-
servarique, et exequi faciant per
quoscumque, juxta ipsarum seriem,
continentiam, & tenorem, contra-
rium nullatenus tentaturi, fieri, vel

permisuri ratione aliqua, siue cau-
sa, si gratiam nostram Regiam-
Saxaram habent, ac præter iræ-
et indignationis nostræ incursum
penam Ducatorum mille nostris
inferendorum Evarijs cupiunt
evitare. In cuius rei testimonium
presentes fieri Sussimus, nostro ma-
gno negotiorum præfati Citerioris
nostri sicilie Regni sigillo imper-
denti munitas. Datis Vienna die
nona mensis Decembris anno à Nāt:

vitate Domini millesimo septingentesimo Vicesimo
quarto, Imperij nostri Romani decimo quarto, His-
paniarum autem nostrorum videlicet Castellae Arago-
num 8. Vicesimo primo, Hungariae vero, et Bohem-
iae decimo quarto.

Yo el Rey


Yo el Rey mandavit mibi
Juan de Lencastre
Juan de Alarcón de la Cruz y Quiroga

Alonso de

Alonso de Portugal

Comisario de

N.º de
Indiferente de

Este es el libro nonaginta con Loren-
nos, de los años de ochenta y cinco del Rey

Juan de Bustamante

N.º de M.º C.º por merced a D.º Francisco Xerquera de Soto
de Marques sobre la Tierra de Crax en Navajas
si quis herederos y sucesores legítimos. Consultado.